



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romæ, 1619**

Vtrum adoratio sit actus patriæ? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38762**

322 QVÆST. LXXXIV. ART. I.  
secundum quod contra alia diuiditur, importat proprie ascensum in Deum.

Ad tertium dicendum, quod in diuersis præteritis, præcedunt futura. Sed aliquid vnum & idem, prius est futurum quam sit præteritum. Et ideo gratiarum actio de alijs beneficijs præcedit postulationem aliorum beneficiorum. Sed idem beneficium prius postulatur, & vltimò cum acceptum fuerit, de eo gratia aguntur. Postulationem autem præcedit oratio, per quam acceditur ad Deum à quo petimus. Orationem autem præcedit obsecratio: quia ex consideratione diuinæ bonitatis, ad eum audemus accedere.

QVÆST. LXXXV.

De exterioribus actibus latria, in tres articulos diuisa.

**P**ostea considerandum est de exterioribus actibus latria.

¶ Et primo, de adoratione, per quam aliquis seipsum corpus ad Deum venerandum exhibet.

¶ Secundo, de illis actibus, quibus aliquid de rebus exterioribus Deo offertur.

¶ Tertio, de actibus quibus ea quæ Dei sunt, absumuntur.

¶ Circa primum queruntur tria.

¶ Primo, utrum adoratio sit actus latria?

¶ Secundo, utrum adoratio importet actum interio-rem, vel exteriorem?

¶ Tertio, utrum adoratio requirat determinationem loci?

ARTIC. I.

*Utrum adoratio sit actus latria, siue religionis?*

455  
3. d. 10 q.  
1. a. 2 q.  
7. Et 1.  
contra c.  
119.

**A**D primum sic proceditur. Videtur, quod adoratio non sit actus latria, siue religionis. Cultus enim religionis soli Deo debetur. Sed adoratio non debetur soli Deo. Legitur enim Gen. 18. quod Abraham adorauit Angelos. Et 3. Regum 1. dicitur quod Nachan Propheta ingressus ad regem David, adorauit eum pronus in terram. Ergo adoratio non est actus religionis.

¶ 2. Pre-

¶ 2 Præterea, Religionis cultus debetur Deo, prout in ipso beatificamur, vt patet per August. in 10 de Ciuit. Dei \*. Sed adoratio debetur ei ratione maiestatis: quia super illud Psal. 28. Adorate Dominum in atrio sancto eius, dicit glos. De his atrijs venitur in atrium, vbi maiestas adoratur. Ergo adoratio non est actus latriæ.

li. 10. c. 1.  
à medio,  
tom. 5.

¶ 3 Præterea, Vnius religionis cultus tribus personis debetur. Non autem vna adoratione adoramus tres personas: sed ad inuocationem trium personarum singulariter genu flectimus. Ergo adoratio non est actus latriæ.

S E D contra est, quod Matth. 4. inducitur, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.

R E S P O N D E O dicendum, quod adoratio ordinatur in reuerentiam eius, qui adoratur. Manifestum est autem ex dictis \*, quod religionis proprium est reuerentiam Deo exhibere. Vnde adoratio qua Deus adoratur, est religionis actus.

q. 81. a. 3  
ad 3.

Ad primum ergo dicendum, quod Deo debetur reuerentia propter eius excellentiam, quæ aliquibus creaturis communicatur: non secundum æqualitatem, sed secundum quamdam participationem. Et ideo alia veneratione veneramus Deum, quod pertinet ad latriam: & alia veneratione quasdam excellentes creaturas, quod pertinet ad dulia, de qua post dicitur \*. Et quia ea quæ exterius aguntur, signa sunt interioris reuerentiæ, quædam exteriora ad reuerentiam pertinentia exhibentur excellentibus creaturis, inter quæ maximum est adoratio. Sed aliquid est quod soli Deo exhibetur, scilicet sacrificium: vnde August. dicit \* in 10. de Ciuitate Dei, Multa de cultu diuino vsurpata sunt, quæ honoribus deferuntur humanis, siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera: ita tamen vt quibus ea deferuntur, homines haberentur, qui dicuntur colendi & venerandi: si autem eis multum additur, & adorandi. Quis verò sacrificandum censuit, nisi ei quem X a Deum

q. 110  
se 7. c. 9.  
103. a. 3.  
c. 9. 4.

\* c. 4. circa  
ca. 10. 5

Deum aut sciuit, aut putauit, aut finxit? Secundum reuerentiam ergo, quæ creaturæ excellenti debetur, Nathan adorauit Dauid. Secundum autem reuerentiam quæ debetur Deo, Mardocheus noluit adorare Aman, timens ne honorem Dei transferret ad hominem, ut dicitur Hester 13. Et similiter secundum reuerentiam debitam creaturæ excellenti, Abraham adorauit Angelos, & etiam Iosue, ut legitur Iosue 5. quamuis possit intelligi, quod adorauerint adoratione latriæ Deum, qui in persona Angeli apparebat & loquebatur. Secundum autem reuerentia quæ debetur Deo, prohibitus est Ioannes Angelum adorare, Apoc. vlt. Tum ad ostendendum dignitatem hominis, quam adeptus est per Christum, ut Angelis æquetur: unde ibi subditur, Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. Tum etiam ad excludendum idololatriæ occasionem: unde subditur, Deum adora.

Ad secundum dicendum, quod sub maiestate diuina intelligitur omnis Dei excellentia, ad quam pertinet, quod in ipso sicut in summo bono, beatificamur.

Ad tertium dicendum, quod quia una est excellentia trium personarum, vnus honor & reuerentia eis debetur, & per consequens una adoratio. In cuius figuram cum legitur de Abraham Genes. 18. quod tres viri ei apparuerunt: adorans, vnum alloquitur dicens, Domine, si inueni gratiam, &c. Terna autem genuflexio signum est ternarij personarum, non autem diuersitatis adorationum.

## ARTIC. II.

*Vtrum adoratio importet actum corporalem?*

456  
Sup. q. 81  
a. 7. Et 3  
d. 9. q. 1.  
a. 1. et 3.  
contra 6.  
119.

**A**D secundum sic proceditur. Videtur, quod adoratio non importet actum corporalem. Dicitur enim Ioan. 4. Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Sed id quod fit in spiritu, non pertinet ad corporalem actum. Ergo adoratio non importet corporalem actum.

¶ 2. Præterea, Nomen adorationis ab oratione sumitur.